Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6563
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



c est b ergo nullum c est a que est oppo
sita universali primi syllogismi que erat quidam
c est a Quartus modus est qui ex maiori
universali affirmativa et ex ipsi particulari
negativa sequitur conclusio particularis negativa
sic omne b est a quidam c non est a ergo qui
dam c non est b Iste syllogismus non potest reduci
per conversionem primi sicut maior que est
universalis affirmativa non potest converti nisi in
particularem affirmativam et ibi est particu
laris negativa Expositis autem particularibus ut
dictum est nichil sequitur Reducitur ergo per
syllogismum conversionis quod alii vocant per im
possibile sic reducuntur autem tres syllogis
mi supradicti et reducitur ad primum modum
primae figurae Oportebit enim conclusionis
quod erat quidam c non est b et omne c est b
que fiat minor sic omne b est a omne b est c ge
omne c est a Hoc autem est oppositum huius quod
erat quidam c non est a Et per hoc syllogismus
istius figurae

Sequitur de tertia figura

Tertia vero figura sic habet modos
Primus consistit ex maiori universali
affirmativa ad quam sequitur conclusio
particularis affirmativa sic Omne b est a omne
b est c ergo quidam c est a Iste syllogismus
per conversionem reducitur ad primum modum primae
figurae cum sit minor per accidens sic omne b
est a quidam c est b ergo quidam c
est a Iste syllogismus non consistit reducitur ad
primum modum primae figurae similiter ergo
oppositum conclusionis quod est nullum c
est a Et fiat minor sic nullum c est a omne
b est c ergo nullum b est a Hoc autem conclusio
est maioris primi syllogismi que erat de
b est a Ubi sciendum est in reductione per